ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Hugenio

Nobilissime domine,

Exequias quas memoriae Henrici Ploosy nuper scripsimus, hic vides. Et poteram quidem ab hoc, quamquam [illegible] ille diutius superesse officio, cum digne iam ipsi parentatum sit, sed et amicis id petentibus et affectui in defunctum meo aliquid dandum videbatur. Ad te autem cur nunc eas demus, in promptu ratio est; qui cum non modo literatis omnibus et eruditis sed et literarum amantibus prolixe faveas, ingratum me futurum credidi si te vel primum inter patronos meos non agnoscerem. Privatim enim quoties mihi obstrinxeris [illegible] meminero ut vero quidem semper. ~~Patere itaq, vir nobilissime~~, Fac igitur vir nobilissime parentem inter clientes tuos admitti, quos cum et infinitos habeas et maiores longe, habiturus tamen neminem es [illegible]

Illustris tui nominis observantiss.
Nicolaus Heinsius

Toresto

Vir Nobilissime,

Lacrymas, quas in funere ~~mage~~ praeclari iuvenis Henrici Ploos nuper effudimus, nostras hic ad te damus: cuius inopinata mors nihil mirum si afflixerit mihi ~~me~~, qui per annos aliquot summarum eius virtutum domesticus inspector fui. Semperque ita viximus, ut alter sine altero aut nunquam aut rarissime. Ad [illegible] quod amore tuo non indignum [illegible] pertinere. Eas [illegible] tuo, cui quidquid tribuendum, nunc submittimus, ut, etiam applausum non mereantur, veniam saltem inde sibi sperent. Vale, vir summe, cum familia tua, et amare perge.

Id autem [illegible] cum [illegible] ad te quoque cum

Burm. F. 6 a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BURF F 6 a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/s22

227. HUGENIO.

Nobilissime Domine,

Exequias, quibus Nobilissimi Iuvenis nuper funus prosecuti sumus, hic vides. Poteram quidem ab hoc tam nihil supersedisse officio, sed et amicis id petentibus, et amori aliquid meo fuit dandum, quo illum semper complexus sum. Ad te autem eas cur nunc demum in promptu ratio est, qui cum non modo literatis omnibus viris et eruditis, sed et literarum amantibus (inter quos ego) prolixe faveas, ingratus sim si te inter patronos meos non agnoscam; nam praeterea quoties privatim me obstrinxeris et memini et meminero semper. Patere itaque quaeso hanc famam quamvis balbutientes patrem iuxta egentes meos admitti, quos cum et infinitos et longe habeas maiores, habiturus tamen neminem es

Nobilissimi Nominis tui observantissimum
Nicolao Heinsio.

Foresto.

Vir Nobilissime,

Lacrymas nostras, quas in funere magnae expectationis Iuvenis Henrici Ploos non ita pridem effudimus, hic ad te damus: cuius inopinata mors nihil mirum si afflixerit me, qui per annos aliquot virtutum eius domesticus inspector fui. Semperque ita vixerimus ut alter sine altero aut nunquam esset aut rarissime. Ad te autem, qui amore tuo non indignum esse me voluisti, pertinere videbantur. Iudicio itaque cum quidquid est tuo tribuam, submittendas eas duximus, ut saltem, dum applausum non merentur, veniam inde sibi sperent.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BURF F 6 a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/s22